

ARA

Clariss ac commemorabilibus meritis,

VIRI

Admodum Reverendi, Excellentissimiq;

**DN. M. JOHANNIS
SAUBERTI,**

Ecclesie Norimberg. ad D. Sebaldi Pastoris Fidelissimi,

Ministerii Ecclesiastici Antistitis Spectatissimi,

Bibliothecariiq; Dignissimi;

qui

non magis senio infractus,

quam doloribus ab immani calculo,

& implacabilibus, & longinquitate productis;

cum aditum reconciliandæ sospitatis,

medicina quantumlibet ingeniosa, solers, atq; fida

non inveniret,

confectus,

Ann. Chr. cl^o lxx XLVI. a. d. IV. Non. Novemb.

NORIMBERGÆ pie beateq; obiit,

aut potius abiit saltim, atq; à nobis emigravit;

ab Amicis & Clientibus,

in Metropoli Silesiorum,

inq; Ducatu Olsnæ & Bernstadii Munsterbergenſi p. t. degentibus,

pio, officioso, observantiq; studio

ERECTA: &

Curante eo, quem sequens pagina ostendet,

PUBLICO EXPOSITA.

BRESLÆ, exscripsit GEORGIUS BAUMANNUS.

INTIMATIO
Funeris SAUBERTIANI
Acro-Etymologica,

ad
Musarum Triverticis, in Silesiâ, Parnasfr
Budorgi-Olsna-Bernstadiani
CULTORES & ALUMNOS.

SAUBERTUS Lapide Extinctus, Sebaldicâ In Aede
Dux, Et Flos Urbis, Norica Clara, Tuæ.
Instrue Sandapilas Antistitis Undiq; , Boesla,
Et Reliqui Tristes Ingeminate Faces!
Unanimi Nisu, Exequias Recolatis, Amoris:
Post Lesum, Aonidum Nomine, Grator Ego,
Digna erat heIC, eXpers, LVX norICa fVLgere, Le-
Dignior at posthaC perpete LVCe frVI, (thes,
In qVâ nVnC CeV steLLa nltet rVtILantIs oLyMpl
spIrItVs, æternIs IVnCtVs In æthre ChorIs,
CorporIs Intereâ eXVVias tegIt Vrna repostI,
DoneC nos CVnCtos ConVoCet Vna Dies.

animo
ob privationem tanti viri, serid lugente,
ob beatam autem animæ Ipsius conditionem,
merito gratulante,

scripta à
sincerae amicitiae, & amoris
haut vulgaris memore

MATTHÆO APELLE de Söwenstern
in Langenhof/ Sacratist, Rom. Imperatoriae
Mitis, nec non Illustrist, Ducis in Silesiâ
Monsterberga-Olsnensis Consiliario,



TUMULUS

Theologi non unius è multis, Viri Admodum
Reverendi & Excellentissimi,

DN. M. JOHANNIS SAUBERTI
Noribergæ ad D. SEBALDI Pastoris, & Mi-
nistrii Ecclesiastici ibidem Antisti-
tis præclarissimi &c.

Eclipsin patitur paucis Ecclesia ab annis,
Summis Eusebies dum gemit orba Viris.
Gerhardum Phœbum deplorat pallida JENA,
Inter Thœuologos, Himmeliumq; dolet.
Binos Höpfneros flet LIPSIA nota Sionis
Sidera ad Eoas Hesperiasq; plagas.
DRESDA madet lacrumis ob magni funera Atlantis
Hœci cœli sqvallida Thœuologici.
Vidimus Eusebien pullam atratamq; LUBECÆ
Hunniaden sidus grande dolere suum.
Vidimus & BRESLAM lacrumari, ubi gloria templi
Sacri Fleischerus, Pollio ubi occubuit.
Et Mengerinum sibi præmaturius HALA
Præreptum luget pectore luctifico.
Nec satis est istis, deusantur funera; Morta
Cœlum sacratum NORIDOS atrapetit.

Welhammerus obit, Marcus marcetq̄, Jehova
Melliloqvus praco, qui favor Urbis erat.
Mox & soliparem Saubertum pallida primam
Doctorum in Cathedrâ mors necat ipsa facem.
O magnam eclipsin! Fle CLIO sacra Sionis
Solem eclipsatum NORIDOS hisce notis:
NORIDOS occubuit, quâ lingvam mellea Peitho,
Quâ docta est, obiit Sol Sophiæ ipse sacræ.
Quâq; valet precibus, defecit currus eqvesq;,
Quâq; pia est, pallet phosphorus auricomus.

*Ultimi honoris & amoris
testandi causâ positus
ab*

ANANIA WEBERO SS. Theol. D.
Vratislaviæ in æde Elifabethana Pastore,
& Ecclesiarum ibidem Augustanæ Con-
fessionis, ut & Gymnasiorum Inspectore.

Ut nitidam celebrent te, NORINBERGA, Domorum
Mundities svadent, Artificumq; manus.
Sed magis utilis, major quoq; , pura Docentum
Agmina quando foves, provenit inde nitor.
Primus in his, atrâ quem luges morte perentum,
Nomine SAUBERTUS, Re quoq; talis erat.
Munditer Os sonuit cœlestia dogmata Verbi;
In Precibus puras sustulit Ipse Manus:
Pectore de puro fluxit Dilectio: Manfit
Et Conscire bonum, nec temerata Fides.

Quum

Quum tamen heic Justos reliqvæ contagio culpæ
Inqvinet, & Mundi sint bona plena malis:
Quumq; impuratis grave sit convivere: Mundum
Immundum liqvit, cœlica tecta petens.
Illic Purorum gaudent consortia: Purus
His cum LUTERIS gaudia pura legit.

CHRISTOPHORUS SCHLEGELIUS,
S. Theol. D. VVratislaviæ in Neapoli ad Spir. S.
Præpositus, ad Bernhardini Pastor, & Confisso-
rii Ecclesiastici Assessor.

Ad tumulum Rev. admodum Excell. & Clariss.
VIRI DN. M. JOH. SAUBERTI.

Hoc tumulo recubant Sauberti Antistitis ossa
Magni olim meritis & pietate VIRI.
Eloqvium cujus stupuerunt Norica Tempe,
Mellifluo quoties solveret ora sono.
Inprimis laus magna VIRI, quod scripta Philippi
Et tua dilexit dicta, Luthere Pater.
“ Lutherus fuit una manus, fuit una Philippus. “
“ (a) Quæis Deus expoliit religionis opus. “
Sed malè fida manus tantorum scripta Virorum
Vellicat arrodens Relligionis opus.
Omnia sunt ingrata, nihil fecisse benignè est,
Friget amor, langvet cum pietate fides.
Josephi paucos tangit contritio vera,
(b) Saubertus mecum talia fata gemit.
Cui niveus toto regnabat pectore candor,
Unum cui cœlum cura laborq; fuit.

A 3

Jam

*Jam vox conticuit, manus intercepta quiescit,
Virida sed laudes mens sonat ante DEUM.*

(a) *Hos ipsos duos versiculos Dn. Saubertus b.m. Examine Philippico Norimbergae A. C. 1639. recuso praefixit.*

(b) *Vide praefat. l. 4 & 5. Epistolarum Philippi, à Dn. Sauberto paulo ante mortem publici juris factarum.*

benevolentia & ἀγαθὰ θεῶν contestanda ergò apposuit

M. GEORGIUS SEIDELIUS,

Ecclesiae Olsnensis Aulicae & Oppidanæ Pastor Primari⁹, Consistorii ejusdem Illustris Assessor, & totius Presbyterii Senior.

Auff den sehr schmerzlichen doch seligen

Hintrit Herrn M. JOHANNIS SAUBERTI.

Nunmehr ligt auch der Herr/ ein Kleinod der Gelährten/
Den auch in Schlessien viel grosse Männer ehrten/
Er war in Gottes Hauß ein Groß vñ heller Stein/
Sein Leben/seine Lahr wird nu ein Beyspiel sein
Der Christlichen Gemein/ Ihn konten keine Wellen/
Wie hoch der Strom auch gieng/ auch keine Macht zerschellen/
Ein Pfleger Armer Leutt/ ein Meister der Geduld/
Ein Kirchen-Stern/ dem Gott vñ Menschen waren huld.
Die steinern Herzen Er durch Gottes Wort erweichte/
Ben Ihm das Leben sich der Lehre ganz vergleicht.
Doch wird Er hingeruckt durch einen harten Stein/
Der seinen Leib getränct/ mit viel vñ schwerer Pein.
Nu ist die Angst dahin/ nu hat Er überwunden/
Nu hat Er Fried vñ Ruh/ im Grab vñ Himmel funden/
Von allen Schmerzen frey: nunmehr wird Er gefühlt
Nach vielem heissem Schweiß/ kein Angst vñ Marter
Wer aber wird hinfort für GOTT in Hümel treten (fühlt.
Und für die ganze Stadt/ mit solcher Andacht beten/
Wie Er wol hat gethan/ wenn Er das Vaterland/
Das mehr Krank lag als Er/ befahl in Gottes Hand.

**Ach/Ach/wir hören noch/ die grausamen Posaunen/
Den Donner vnd den Pliz der feurigen Carthaunen/
Und grosses Feldgeschrey! O Vater seh' vns an
Mit deiner Gnad vnd Gunst/ niemand erretten kan/
Dann du O GOTT allein/ vernimm HERR vnser sichen/
Laß auch in Schlessien vns deinen Friede sehen/
Den längst gewünschten Fried' / vnd schütze für Gefahr
Die Häuser in gemein/ das Rathhaus vnd Altar.
Aus besonderem mitleyden zu Troste
der hochbetrübtten Fraw Wittib
setzte dieses auff**

Idem qui supra.

BEATIS MANIBUS

Triga absolutissima,

DN. M. JOHANNIS SAUBERTI ad D. Sebaldu,

DN. M. CORNELII MARCI ad D. Laurentium,

DN. M. CHRISTOPHORI WELHAMERI ad Spiritum S,

Theologorum in inelyta Norinbergens. Republicâ

quondam Clarissimorum, uno eodemq; anno

piè defunctorum.

**So Ehr/ Gutt/ Kunst/ hülffe aus Noth/
Wehr keinr von diesen Dreyen Tod.**

URBIS opibus dives, Civibus ingens,
Coctilibus muris undiq; cincta,
Formido MARTIS, PACIS alatrix,
Ampla situ, domibus superba.
Sæpius horrendo mota tremore, a.
Concilio insignis, b. fæderis Arca, c.
Sublime MUSA RUM Lycæum, d.
Exulis Hospitium quietum. e.
Delitiæ Rheni, f. Fons bonitatis,
Anchora demersi, Portus honoris,
Reâi basis, Presorum asyllum, g.
Gloria maxima Rauracorum:

a. A. C. 1010. d. 12. May.

1346. d. 14. Novembr.

1348. d. 25. Januar.

1356. d. 18. Octobr.

1428. d. 13. Decembr.

1533. d. 27. Decembr.

1535. d. 20. Januar.

b. A. C. 1061. 1431. 1478.

c. In fed. Helvet. Societ. recept.

1501. in Argent. Tigurin. Ber-

nat. 1530. Munster. in Cosnogr.

Exhibet

Exhibet in summi fornice templi
 Ex nitido tumbam matmore structam
 Quæ continet rythmum notatum,
 Emeritæ cineresq; TRIGÆ. *b.*
 Urbs variis rerum dotibus aucta,
 Ex solido monstrans mœnia saxo, *i.*
 Insignis augusto Senatu, *k.*
 Imperii celebrisq; Bulla. *l.*
 Cæsarei Ornatus Fida retentrix, *m.*
 Dogmatis Augustani Optima Testis, *n.*
 Arx CÆSARUM Germanicorum, *o.*
 Utiles Artificum Palæstra, *p.*
 MERCURII sedes, *q.* Hospita Musis, *r.*
 Divitis EUROPE nobile Centrum, *s.*
 Fax rituum, morum Magistra, *t.*
 Gloria maxima Noticorum. *u.*
 Osla simul TRIGÆ x. condidit urnâ,
 Cujus habent famam vesper & ortus,
 Nunquamq; casuras in orbe
 Ingenii, Geniique laudes,
 Hujus erat TRIGÆ Duxq; Caputq;
 Ille Pius quondam Præco, JOHANNES
 SAUBERTUS, Antistes fidelis,
 Ædibus in Patriis Sebaldi,
 Cuiq; Palæcomes florida tempe,
 Sidere felici constituerunt
 Natale limen, luminosas
 Et GENIUSTRIBUIT Calendas. *y.*
 Indolis ardorem PHOEBUS amabat,
 A teneris annis, nec sine fructu,
 Dum NOSTER, & mores, & artes,
 Subjiceret trutinæ probandas.
 JENA CAMOENARUM Provida Nutrix
 Testis adest, quando ex ponte Cathedræ
 Grajâ loquelâ disputabat,
 Præside publicitatis remoto.
 Mox simul Arpinæ fulmine SVADÆ,
 Mox simul Andinæ, verba vibrabat,

d. Institut. fuit Academ. à Pio II.
 Pont. A. C. 1460.

e. Græser. in itinerar. Histor. Polit.

f. Rhenus enim Urbem perfluit, & in
 duas partes secat. Hentzner in Itin.

g. Ritter. in Cosmogr. Profometr. l. 4.

h. Jacobi Meieri; Iohan. Oecolampadii;
 Simonis Grynei. AC. 1542.

Hentzner.

i. Reusner. in deser. Urbium Imper.

k. Æmul. Reipubl. Venetæ. Bomb.
 L. 7. Histor. Venet.

l. In ædibus beim güldenē Schild.
 Carol. IV. Imper. Aur. Bull. con-

didit, 10. Januar. 1356. Vid.
 Buxtorf. ad Aur. Bull.

m. Aservat enim amict. Cæsar. &
 Imperii Clinodias. Arum. ad A. B.

in fin. c. 22. Hartm. Maurus de
 Coronat. Caroli V. apud Goldast.

Matenestus L. 3. de Coronat. Fer-

dinandi II. Imper. gloriosiss. me-

mor. p. 88.

n. Subscripsit ex Civitat. Imper. Cō-

fession. August. sola, cum Civit.
 Reutlinga. Bucholtz. & Calvis in

Chronol. CL. Dn: Saubertus in

explic. Aug. Conf.

o. Est Imp. Curia, & vocatur in
 actū Imperii, des. H. Reichs

Bestung oder Burg. Vid. A. B.
 c. 28. § 5. & ibid. Buxtorf. Lim-

neus de Comitū n. 34.

p. Orbū compendium sive officina
 Limn. de jure Publ. Tom. 3. L. 7.

c. 35. n. 6. Quadus in tabb. Geogr.

q. Bert. in tabb. Geogr. contract.
 Reusn. in descript. Urb. Imper.

Et mox

Et mox Hebræos hauriebat
 Nectaris Arabici liquores,
 Hinc adiit rursus Noridos Urbem,
 Ut Patriæ grato corde talentum
 Offerret artis, puriore
 Quod dederat CHARIS è metallo.
 Ingenii fructus, mentis acumen,
 Judicii vires, Ordo Senatus
 Prætextus, & turbæ Corona,
 Unanimes clogio norabant.
 Namq; Professoris rostra subibat,
 Auribus instillans sancta Juventæ
 Præcepta, doctrinæq; rorem,
 Scilicet in patriis Athenis.
 Noster ubi certis vixerat annis
 EUSEBIUS Custos, Panosophiæq;
 Ex singulari constituto,
 Noriacos repetit Penates,
 Ac inibi Divæ Virginis ædes,
 Postea Laurenti, deniq; Sancti
 Primarium templum Sebaldi,
 Mystica facta docens, replevit.
 Quo fidei Zelo? qua Pietate?
 Militiæ Hic sacræ Fortis Achilles,
 Oracula tractârît JEHOVÆ?
 Enthæa visa docent Johannis. *z.*
 Eloquio quali? qua gravitate?
 Filius Hic SVADÆ, commoda Pacis
 Desideratæ comprobârît?
 Teutoniæ Proceres recensent, *aa.*
 Quæis studii nervis? quâ bonitate?
 Hic CHARITUM Præses, Bibliothecam
 In publicos Usus reduxit?
 Editus ecce liber loquetur. *bb.*
 Testis & est vivus Noster APOLLES, *cc.*
 Slestiacis Musis alter APOLLO,
 Hic nuncupatus cui libellus,
 Geu nova tesfera cepti amoris.

B

r. Gerhard. Mercat. in Atlante.
 Dreßer. de Urbib. Lans. in Orat.
s. Conr. Celt. Limn. d. loco. n. 6.
 Goldast. Tom. 2. der Reichs Sa-
 rung. Bilibald. Pirckheimer vo-
 cat Europæ & German. Umbilic.
t. Zeiler. in Itiner. Germ. Hond. in
 Tabb. Geogr.
u. Munster. in Cosmogr. Vin. Pighius
 in Hercul. Prodit. Lans. in Orat.
x. M. Iohannis Sauberti.
 M. Cornelii Marci.
 M. Christophori VVelbameri.
y. Nat. Altorphii 1590.
z. Explic. enim Apocal. Iohan. &
 ult. 8. capita Proph. Ezech. in ca-
 nob. Dominican. AC. 1624.
 & sqq.
aa. Habuit Concion. Cal. Januar.
 AC. 1640. in templo S. Sebaldi,
 præsentib. Elector. & PP. Statu-
 umq; S. R. Imperii Legatū. Typis
 postea exscript. & Desiderium
 Pacis nov. antiqu. vocat. est. Typ.
 Enterian.
bb. Vid. Histor. Bibliothecæ Reipubl.
 Norimb. duab. oratiunc. illustrat.
 & Typ. Enteriani excus.
cc. Matthæus Apelles à Edwensstern
 in Langenhof. S. Cæsar. Majest.
 & Illustriss. Principis Monsteb.
 & Olsn. Consliar.

Judicio

Judicio quali? qua breuitate?

Hic Pius interpres Biblia sacra

Enuntiārit? Noribergæ

Biblia cusa typis monebunt. *dd.*

Sed fuit hæc olim, Norica in Urbe

Prima Sacerdotum Gloria! & Orbis

Palmare sidus literati

Heu roseis radiis refulsit!

Noxiâ MORBONÆ spicula torvæ,

Et LACHESIS diræ lurida fata

Nam calculi sævi *ee.* dolore

Huncce Virum rapuere Clarum. *ff.*

Dum vaga Pegnessi flumina curvi

Impete diffident Norica rura,

Famæq; SAUBERTI fluente,

Atq; domi, atq; foris recurrent.

Non minus immites, sensit acerbo,

Altera Pars TRIGÆ, flamine PARCAS,

CORNELIUS MARCI, *gg.* MINERVÆ

Ambrosiâ saturata Proles.

Principiò VIR Hic, celsa Lycei

Pulpita, conscendit poplite recto

ALTORPHII, mentesq; Pubis

Dædaleis poluit repertis.

Hinc citò sancitâ lege, Senatus

Magnifici, liquit culmina Pindi,

Urbemq; Francorum Supremam

Bellerophontis equo subivit.

Ac ibi Symmystes, pura MARIÆ

Ædibus in Sanctæ semina spargit,

LAURENTII post hæc Beati

Templa piis precibus propagat.

Hic, opera quali? NESTOR & HECTOR

Mellifluæ lingvæ, fortis & Oris

Voces Prophetarum resolvit?

Fatidicus Daniel fatetur. *hh.*

Omne sed in mundo labile cum sit,

Ac Homines durent tempore parvo,

dd. Typis VVolfgangi Enteri

AO. 1629.

ee. Stupendæ magnit. nimir. decem
unciar. civicar. vid. Versus Ger-
man. CL. Viri Dn. Iohann. Mi-
chael. Dilherri, Succesor. Excel-
lentiss. Dn. Sauberti nostri p. m.
in templo D. Sebaldi.

ff. Norimb. d. 2. Novembr. AC.

1646. Ætat. ann. 56.

gg. Natus Norimbergæ 1595.

hh. Libr. Prophetæ Danielis pro Conc.
in monasterio Prædicator. expos.

AC. 1631. & seqq.

Athleta

Athleta SAUBERTI Fidelis,

Iste simul valedixit Orbi. *ii.*

Franca PALÆCOMES dum juga NORIS

Florida servabit, lausq; , decusq;

CORNELII MARCI, per ævum

Utq; amaranthus olens virebit.

Pars quoq; laudatæ Tertia TRIGÆ,

CHRISTOPHOR^o, mōstrat quàm breve punctum

Sit vita, VVELHAMERUS, *kk.* ingens

Delitium Patriæ ruentis.

Cujus, Honor, Virtus, Gratia, MUSÆ,

Fronde Magistrali tempora flava

Cinxere, Grynæus Brabeutes

Et SOPHIES tribuit tiaram,

Cumq; humilem frontem, pectore cello

Conderet, & fastus verteret œstrum

Candore Mecænatis Ampli

Conspicuum tenuit brabæum.

Noridos in templo, Spiritus ALMUS

Est ubi Protector, flumine vocis

Turbam docebat, dum Salutis

Munus Apostolicæ subiret.

Numinis æterni, pondere quanto,

Hic quoq; LEGATUS, fædera MOSIS,

Regumq; libros explicârît? *ll.*

Credita scripta typis revelant. *mm.*

Sed quoniam somni MORS incunda

Omnibus, & terræ reddere terram

Est juris, ad plures abivit

Malleus Hic Probitatis æquæ. *nn.*

Carmine dum digno Norica Castra

Evehet ad cœlum Musa Perennis,

Sic dona VVELHAMERI, & artes,

Postera Gensq; canet Nepotum.

O rigidum fatum! PARCA maligna,

Cur triplicas uno tempore & anno

Heu fila! concordi statuto

Furera cur LIBITINA densas?

ii. Norimb. d. 27. Iulii AC. 1646.

Ætat. 51.

kk. Natus Ambergæ AC. 1585.

ll. Prior. II. capit. I. libr. Reg. in

concion. 90. enucleav. in æde ad

Spir. S. Prim conc. habuit 30.

Octobr. 4. post 20. ☉. Trinit.

AC. 1623 Ultim. 9. Febr. 4. post

☉. Septuag. 1626.

mm. Norimb. per VVolfg. Enterum

AC. 1635.

nn. Norimb. d. 23. Ianuar.

AC. 1646. Ætat. 61.

B 2

Curq;

Curq; colum portás Ferrea CLOTHO?
Cur LACHESIS ducis stammina sœva?
Cur ATROPOS triplarium occas
Barbara cum feritate fufum?
En rapitis nostram [nonne dolendum?]
Eximiam Trigam, fidera Clara
Totius Urbis Noricorum
Teutoniarq; Sacros Tribunos,
Taurea GRADIVUS tergora pulsans,
Pectoris affectus exiit omnes,
Reges, Duces, Fortes, Catervas,
Supposito gladio peremit!
Hactenus in bello tam diuturno,
Omnia quod nostræ climata presfit
GERMANIÆ! Heroes togatos
Nunc quoq; PARCA necas? gemen-
Duc modò sublimes PARCA triumphos, [dum!
Fer modò GRADIVUS celsa trophæa,
Quid quæso lucri contulistis?
Unica vox relevabit, Ossa.
Est aliquid certè corpus inane,
Exuvias fœdas, putre cadaver,
Includere Orchivo grabato,
Et Genio inferias parare.
Altiùs it VIRTUS, arte perennat,
Laude mori dignum Musa vetatq;
Nam morte non pallent CAMÆNÆ,
Et bona fama volat per Orbem.
Vivit adhuc ergò TRIGA perennis
Elyfios campos Spiritus ornat,
Nomen tenet mundi theatrum,
Et Cineres tegit Urna clausa.
Perperuò ut floret Libana Cedrus,
Sic Aäron Noster, Frons Charitosq;
SAUBERTUS, in mundo virebit,
Eulogio meliùs quid isto?
Sempèr ut excellat gemma Smaragdi,
Sic simul Os SVADÆ, nostri Onias

CORNELIUS

CORNELIUS MARCI, valebit,
Nobiliùs titulo quid isto?
Assiduò ut fulget Cynthus ardens,
Sic Samuel Noster, Palladis Oclus
VELHAMER, in mundo nitebit,
Nomine splendidius quid isto?
Mnemosyne vivam pone Cupressum
Norica, condigno carmine signa
Cippumq;, tantorum VIRORUM,
Utq; suæ BASILEA Trigæ.
Candide qui transis fortè Viator,
Siste gradum paulò, percipe verba
Quèis Noricus nupèr Senatus
Hanc tumuli faciem notavit.
Si Decus, Ars, Candor, Gloria, Virtus,
Ingenium, Splendor, Fama Vigorq;
Leges moverent Mortis, esset
Mortuus ex tribus hisce Nullò.

*Laudatis. Trigæ memor. nunq. intermorituræ,
ob commun. iacturam, illacrimans & animitus
mœrens, symbolam suam adjicere voluit,
& Gratiud. hanc urnam P.*

JOHANNES HUBRIGIUS

*Illustris. Principis Monsterbergensis &
Olsnensis Consiliarius & Pro-Cancellari⁹,
nec non Consistorii Ducalis Assessor.*

JEHOVA, nostræ Mortis & Vitæ arbiter,
qui vel citò vel seriùs Mortalium
Mentes reposcis Coelicas, ut perplacet,
Nobisq; Filiis tuis est commodum:
Juxta voluntatem tuam justissimam,
Tibi vocanti Filium Carissimum,
Ac Unicum dolore magno reddidi;
Sed reddidi libenter absq; murmure. Hos

Hos Jambicos dum scribo Gnato flebiles,
Ad nos venit Bernstadiam tristissimus
Ex Inclytà mox Noribergâ nuncius;
SAUBERTUS ultimum Vale dixit suæ
Ecclesiæ, Caput pium, Carum Caput
Synedrii, cunctoꝝ majus Carmine!
Inter dolores Calculi gravissimos,
Sancto peregit fortiter molimine
Cursum suum, luctamq; finiit benè,
In hoc agone ceu decet Triarium;
Fidemq; custodivit usq; ad Terminum,
Vitæ merentis ultimum, cum cæteris
Virtutibus. Nec luctus iste sufficit!
CORNELIUS MARCI Vir in quo splenduit
Humanitas juvante Spiritu Sacro:
Immodè WELHAMMERUS Theologus optimus,
Clauferè ocellos; Candidi nostri Patres.
Quis non Pius lugeret insignes Viros,
Antistites omnes Cathedræ Noricæ?
Orbarier Tribus simul præcombis,
Eisq; fidis ac supremis, Omen est.
Timenda mille, subditis, certè mala,
Nisi DEUS benignus hæc averterit.
O CHRISTE JESU, Gnate Cœlestis Patris,
O parce Nürmbergensibus cunctis, meis
Fautoribusq; singulis ex gratia!
Serva Patres ibiq; conscriptos togâ,
Templi Columnas & Ministros cœteros
Cum plebe serva. Fulgeat verbi tui

Fax semper hæc in Urbe splendidissimâ.
Ut perstet AltDorffina & Universitas
Docentibus Discipulisq; sit benè!
Sed vos beati Præsides quiescite,
Et suaviter dormite in his cubilibus,
Clausi ad tubam Cœlestis usq; Judicis.
Valete! JOVA dante nos in posterum,
Omnes Pii sequemur & Consortio
Communis ac Vitâ fruemur Patriæ.

Ex sincero adfectu, Gratitude ergo Patrono &
Amicis p. m. de se quam optime merit. fac.

DAVID BOHEMUS,

Ecclesiæ Bernstadiensis Aulicæ & Op-
p. danæ Pastor, Consistorii Olsn. Duc.
Adessor, Presbyterii Senior.

Omnia quæ in mundo, sic disponente JEHOVA
Apparent magno, lux, tenebræ, pluvia,
Grando, nives, venti, fungi, fera fulgura, plantæ,
Atq; harum morbi, flumina, ros, lapides
In parvo simili contingunt ordine, nostro
Scilicet humano corpore, mira satis.
Sunt venti, venæ repletæ sanguine, rores
Ad fauces pluvie, rheumata, murmur adest.
Partibus in variis fungi, mala tubera, tophi,
Excrescunt, renes saxea massa premit.
In toto superest non pars quæ immunis ab illa.
Cor, vesica, lien, linguaq; pulmo docent.
Hoc vesica probat Sauberti secta, molestus
Ex qua post mortem calculus extrahitur.

Qui fuit in causa misera valedicere vita,
Atq; frui intuitu consilioq; DEI.
Non factum hoc frustra, fidos tres tempore verbi
Sancti Doctores interiisse brevi.
Judicis irati signum; Pie CHRISTE maneto,
Extingui lucem nec patiare tuam.
Emolli verbo, appropereat quia vespera mundi,
Tempore tam duro saxea corda tuo.
Pelle famem, pestem, nostris à finibus hostem
Anno & præterito da meliore frui.

GEORGIUS RUMBAUM
Med. & Phil. D. Illust. Princip.
Monst. Archiater.

Saubertum nitidis ornatum pectora gemmis
Vili sedelatens jusfit abire lapis.
Dura quidem hæc vis est naturæ, durior ille,
Quem non ad lacrimas dirigit iste lapis.
Ampla meret virtus, doctorum concio laudat,
Ipsa jubet pietas, non vetat ipse DEUS.
At lapis omen habet, qui sacra emblemata dixit
Saubertus, duro funere claudit opus.
Quàm fuit hic verum! Durum patientia vincit.
Picturam quæris? Jam dedit ipse lapis.

desperabat
DANIEL WINCLERUS D.
Celsif. Ducis Lignicensis Archiater.

Fleischerum nuper lugebas Bresla disertum,
Saubertum luget nunc Noriberga suum.

Quos

Quos quantosq; Viros! nivei seu pectoris ora
Spectes, seu fidei cœlica dona pia!
Hos praxin docuisse patet, secuis seq; ritè
Inprimis verbi dogmata cuncta sacri,
Quos vix artifices exaquent arte periti,
Haud verò donis exsuperent reliqui.
Bresla tuum, Noriberga tuum lugete verendum
Mystam. Non tales qualibet arva ferunt:
Numinis est donum, tali præcone beari,
Nil nisi qui spirat vivida verba DEI.

Verius fundebat quàm faciebat certioratus de morte Præstantissimi & Celebratiss. Theologi Dn. Sauberti &c.

CHRISTOPHORUS Grenwald
Lib. Baron. Milicenf. in Siles.
Cancellarius, Breslæ degens.

Multiplices qui litteras, Sanctissimas qui litteras Cognorat exactissimè; Per-utilis qui plurimis, Sanctissimè qui vixerat Saubertus admirabilis Decedit, eheu, ocyús.	Lugent Sophorum pulpita, Lugent bonorum corcula, Sed sic dies decursitant: Sic certa cunctos mors manet, Sic orta quæ sunt occidunt, Sic mundus ipse concidet. f.
--	---

JOHANNES KRETSCHMAR,
Reipub. VVratislaviensis
Secretarius.

Inclut^a, arquitebens, in Noride clar^o Apollo,
Ardua Parnasi, terrâ quem fertur eadem,
Posthabito prisca coluisse Heliconis amore,
Liquerat, emensum rursus Segodonia b tempe.
Jam propè contigerat portam prænobilis Urbis,
Qua Pegnesi intus riguo perfusa fluento,

*a. Nævius lib. 2. bell. Pun. apud Macrobium lib. 6. Saturn. cap. 5.
b. Ricard. Bartholinus lib. 9. Austriados: - tunc Segodoneia pubes Arma capit. - Vbi Iacob^o Spiegeli:
Non*

C

Segduncia pubes] Norimbergensis: Nam Segodonum à Ptolemæo nominatam Norimbergam dicit Celtes.

c. Ex Anagrammatismo Amplius. Consultus. Viri Bernh. Prætorii: NORIMBERGENSIS CIVITAS: Nescis? Urbium Regina est.

d. Nævius Colace apud Nonium in Protinus.

e. Nævius lib. 2. bell. Punic. apud Nonium in Percontat.

f. Plautus Pœnulus. 4. 14.

g. Plautus Mostell. 2. 2. 69.

h. Ambrosius Epist. 59. de Acholio Episcopo Thesalonicensi.

i. Vid. CL. Barthius Animadv. ad Gall. Confess. pag. 112.

k. Clemens, citante Io. Iacob. Grynao, Scholiis ad

Non magis ob pulcrasq; domos, & mœnia firma,
Condentesq; caput celsa inter nubila turres,
Quam vegeta ingenia, atq; artes, moresq; politos,
Europa meruit jamdudum iudice, clara

Inter honoratas REGINA c vocarier URBES.

Cum nil non lati visurus crederet; eheu
Exanimabiliter d gemitus & verba querentium

Audiit: ipsa poli feriebat culmina clamor.

Ut bibit aure sonos, ut muto constitit ore,

Ut tacite optavit, qui præsens voce referret,

Quid tandem luctus gravis omni glisceret urbe.

Ecce tibi, erumpunt portis, quos jusserat urbis

Linquere tecta dolor, campoq; capesere cælum

Liberius, luctu minuendo, animisq; levandis.

Hos adiens blandè e & doctè percontat Apollo,

Hec sibi quid lamenta velint, queruliq; sonores.

Hœu mihi! Primus ait. Peregriq; domiq; celebris

Vivere vitalem f SAUBERTUS desit ævum;

Ingenio Antistes pollens, sermone fidelis,

Intrepidus generoso animo, vitâq; probatus:

Quid multis? Veri spectamen amabile mystæ.

Eheu, subjecit miserandâ voce Secundus;

Nondum defectus senii gravioribus annis,

Præmaturè g adeò caret almo lumine vitæ,

SAUBERTUS, præstans aquilex Sionius ille,

Qui solitus digitum ad superos intendere fontes,

Vera animis cupidis Acheloia poela Salutis

Exhibuit, vivens h aliis magè, quam sibi, vitæq;

Æternæ, populis, mysteria sūma ministrans [se:

Ut fructū hūc pri⁹ in reliquis, quam carperet in

Ille vigil speculator; apis k Sicala illa, cōantūm

Decerpens silvam per prata Prophetica florum

Et per Apostolicos hortos: RESONANS I TUBA

JESU

Illu

Illu pii: gnavus sacri gregis ille magister,
Quæq; suis stabulis accommoda pabula; blandis
Suppeditans meliphylia agnis, absinthia capris.

Tertius at simulacra manu chartacea gestans,

In quibus, addubites, majorem, æquabile cælum,

Artificis, laudem, an DILHERRIA penna reportet:

En, ait effigiem cernas, qui calculus-intus

Horrendum mole, atq; aliàs m ignobile monstrum,

Præfandi n effluvium humoris, velut obice, clusit.

Ut jam nullorum mirentur pectora, frustra

Auxiliatum o omnem à medicis hic esse petiturum.

O dignum lacrumis fatum! Lapis, ergo futurum,

Ut tegat hoc corpus, lapidem quod texerat antè.

Pluria questurum cohibens; Atq; hoc erat q̄ in sit

Cynthius. Agnosco lamenti jura, proboq;

Et, modò vera juvet puro sermone fateri,

Nos etiam tanti lacrimas in funere Amici

Fundamus, si vel fleat inculpatus Apollo;

Vel liceat fletu sanctos revocare tenebris.

Nec tamen in nobis fuit, haud occumbere letho

Tam clarum meritis Pegnesidos Urbis ocellum.

Et Phæbo fatum est robustius, atq; Camenis.

Mors orbi sinit & nostros valedicere alumnos.

Quid tum? Grata novæ functis dare munera vitæ,

In manibus nostris. Sic nomine vivit Homerus.

Pagnia sic Teji florent s'avisissima vatis.

Sic Andina viget, sic virtus Tullia. Summa: [atra,

Luminibus quanquam mors corporis obstruat

Luminibus famæ mors offecisse nequibit.

Esto igitur: Tulerit SAUBERTO flebile lethum,

Illud vitæ, unâ quod degebatur in Urbe.

¶ Nobis Homini tribuetur adorea vitæ,

Quæ, quantuscunq; est, florebit in orbe perennis;

C 2

SAUBER-

Eusebii 5. 10. Hist. Eccl. de Pantano; Sicala revocata apis, Prophetici & Apostolici horti flores decerpens, sinceram quandam & incorruptam cognitionem ingeneravit eorum, qui audiebant, animis.

l. JOANNES SAUBERTUS, anagr.

RESONANS TUBA JESU.

m. Grætius Cynegético, vers. 443.

n. Plinius 7. 51.

o. Lucretius 5. 1038.

p. Ex Epitaphio Ennii, a
pud Ciceronem Catone.

SAUBERTUS volitet quò vivu', p per ora virorū,
Nobilitate pari fama, nec laude minori,

Quàm BAUMGARTNERI BIRCKHEIMERIŒ, nec
Ignoti Solymis FUHRERI, TEXELIŒ, [ipsis
Et reliqui, per quos Urbs Noridos incluta, clarum
Tantum alias inter merito caput extulit Urbes,
Quantum humiles inter cedrus præcella myricas.

Interea ad quos hic pietatis pertinet ardor,
Condite membra solo, & tumulo super addite carmen,

Post sua promeruit quod Scipio q funera quondam:

q. Ex Cicerone lib. 2. de
L. & Senecâ, Epiſt. 108.

HEIC. EST. ILLE. SITUS. QUOI. NEMO. CEIVI'. NE-
Œ. HOSTIS.

DIGNUM, OPEREPRETIUM. PRO. FACTEIS, RED-
DERE. QUÆIBIT.

Epitaphium ex Anagr.

JOHANNES SAUBERTUS. AH! SANE BONUS EST VIR.
SAUBERTUS cubat heic. quid quæris plura, Viator?
AH! SANE BONUS EST VIR tumulatus humo.

EXIMI

non solum scientiâ & professione,
sed etiam vitâ

THEOLOGI

nomen colens culturâq; fac.

M. ELIAS MAJOR P. L. C.

Gymnasii Vratislaviensis Elisabetani
Rector & Professor, cæterarumq;
ibidem Scholarum Inspector.

v. Lucil. lib. 5. Sat.
apud Nonium in
Maſtare.

Post varias orbis clades, SAUBERTE, reportant
Corpus humo requiem, tua sed mens axe salutem.
Maſte quiete, salute, simulq; r his versib^o esto.

Saubertum

Saubertum audimus Fato cessisse supremo,
Quem fractum nullâ novimus arte Virum.
Saubertum fidei quem robur & inclyta virtus,
Cum prudenti animi dexteritate juvant:
Huic tanto, Fati supremi jura dolemus,
Temporis hac serie, prævaluisse Viro
Tempore nempe malo, quo tali Ecclesia fulcro
Norica destitui non valet usq; diu.
Hac rerum facie, qua vivo publica posset,
Sparsa per Europam Ecclesia tota frui.
Cedere sed Fatis etiam prudentia sancta est:
Fatorum Domino credere recta fides.
Sancta suæ Dominus Fatorum fulciet Ædis
Mœnia, ne Satana concutiente ruant.
Credimus hoc, Fatis Saubertum cedimus, & nos
Subjicimus Domino qui sua Fata regit.
Et regit, ut sanctis quæ Fati nomine fiunt
Omnia ad optatum sint referenda bonum,
Fata tulere viri corpus, sed Fama per orbem
Evehit extinctum, Musa vetatq; mori.
Ingens est jactura viri! dolor inde patescit
Magnus: at est major cœlica læticia.
Sauberti victus dolor est, quo grandior illum
Calculus immani pondere deposuit.
Victus Ei mundus malus est, mors victa, triumpho
Gaudet, qui finem non habiturus erit.
Vivit enim in cælis mens illius, atq; beatis
Spiritus resonat consociata melos.
Parsq; suum Corpus Christo tribuente resumeret
Totus ut angelica sorte beatus over.
Hæc urbi, hæc mœstæ viduæ solamina præsent,
Fusus ut hoc justo ferre dolore queant.

Hæc tristi fama turbatus genuit potius quàm cecinit

JOHANN RUTSMAN Vratisla-
viensis in Eccles. patria ad D. Mar. Mag-
dal. Archidiaconus & Senior, & ad SS.
Trinitat. Ecclesiastes.

Teutonici, NORIS, Regni spectabilis Umbo:
Antiqui cultus & Fidei Speculum:
Civibus utilium custes fidei summa Morum,
Artis & Artificum Mater & Hospitium:
 Tu duo prudentis fies fulcra labas se Senatûs,
 Et Consultorum nobilium Triada.
 Tres juxta sacro luges ordine Mystras,
 Quos omnes unus condidit Annus Humi.
Inter & hos (utinam sic ajens falleret Ajus!
Consona sed vero sic nimis Ajus ait.)
 SAUBERTI mortem lachrumis & questibus urges:
 Urgendi ratio nec Tibi pauca subest.
 Fatales Procerum portendunt funera clades:
 Et Mala magna sequi Funera magna solent.
 SAUBERTUM, quantus fuerit, vox publica dicit:
 Dicunt emissi per Loca cuncta Libri.
 Dicunt, qui patulas dederant Sermonibus aures;
 Fantis erat sancto Robur in eloquio.
 Dicunt, dexteritas & erat Prudentia Dictis:
 Mistus erat, mira cum gravitate, Lejos.
 Dicunt, qui dignos viderunt Munere mores:
 Consona Doctrina Vita docentis erat.
 Omnis dicit: ERAT. Vox ò lacrumabilis omni!
 Sed rursus fama Vox peramabilis, EST;
 EST, qui SAUBERTI dignè succedit Honori,
 DILHERR, spectamen nobile Thejologi.
 O nihil accepti, Mystra sub funere, damni,
 Cum venit in vacuum par bonitate Locum!
 Expleat & reliquas divina Pronæa lacunas:
 Explendi multos Urbs habet ampla modos.
 Expleat & nostri penset tria Damna Senatûs,
 Quæ tot magnorum fata dedere Virum.

Quod

Quod Magnos aufert, magnos scit reddere Numen.

Stet NORIS, nunc stet mea BRESLA DEI!

Magnæ Urbis magnum Theologum
sic lugebat

M. HENRICUS CLOSIUS

Gymnasii Magdalenei Rector Vratulaviæ.

Sacrum Cathedræ Lumen, & Urbs parens
 qua Noricorum personuit, Tubam
 Ecclesiæ sidus gementis,
 pallidulum posuisse corpus?
 His Fama saxi, his ea cautibus
 nos fauciauit, quæ fere nunc Rosi
 Mulcere gratis nescit aures,
 dum quatit arma cruenta mundus.
 O lacrumandi nuncia Funeris
 hæc Fama! duris immeritum mori
 cessisse fati quis negabit
 perpetuos meruisse lesus?
 Sic credo largis carmina lacrumis
 chartasq; sparget, qui positis simul
 membris reponi cuncta credit
 atq; nihil superesse saxo.
 Vivit Cathedræ Lumen, & Urbs parens
 qua Noricorum personuit, Tuba
 Ecclesiæ sidus coruscum,
 immeritusq; mori recusat.
 Quem Lingva quondam, nunc calamus vehit
 Coeli per auras, Lingva solo suo
 Conclusa paucis commodabat,
 at Calamus ferit universos.
 Hinc ergo Chartis Vir celebris suis
 intaminatis fulget honoribus,
 dum fulserint fulgentiores
 sidereis domibus Planetæ.

Sed

Sed vita Famæ si pereat simul
putrente Lingva, pars melior tamen
Mens fulget in cætu Docentûm
Sidere fulgidior corusco.

M. JOHANNES JORDANUS
Templi Elisabethani quod est
Vratislaviæ Diaconus.

Christi ministros nomine plurimos
Re pauciores sed numerarier,
Præsul notavit Græcus, olim,

Aureolo decoratus, ore.

In pauciorum clarus erat chorò
SAMBERTUS, urbis gloria Norica,

Inter minores ut Diana

Nocte jubar, faculas, refulget.

Verbi beantis flumina mellea
Cælo locârunt, & Pietas, virum;

Zelus q̄, prudens, ac probata

Effigies imitanda vita;

Et vota plenò gutture sæpius

Effusa, fregit robor a turpium

Queis Bestiarum, texta vulpis

Solvit, & insidias dolosa.

Hunc (ò dolorem!) mesuit Atropos

Jussu Jehovæ, Qui numerat dies

Nostros, & annos, qui Docentes

Mittit, & emeritis quietem

Indulget, uni serius, alteri

Velocius. Neptunia respicit

Jam Regna, siccus, nec Profundi

Horrissonas metuit procellas.

Sed scalmus altò noster in equore

Factatur Euris, monstra natantia

Terrent

Terrent paventes, in periculum
Scylla frequens trahit & charybdis.
Inter necantis tormina calculi,
Petrâ Salutis mansit in ardua;
Hæc sultus, æternum vigebit,
Assimilis Phæthontis igni.
Salso rigamus lumina flumine,
Pugnis q̄, mæsti, pectora plangimus;
Non fata functi, triste damnum

Sed, Domini gregis, æstimantes.

Cui cura fidum restituat Patrem,

Patris Supremi, Pacis & aurea

Munus, fugatâ Morte, claros

Sedibus in q̄, Poli triumphos.

Theologo Excellentissimo

ob Pietatem,

Fidem,

Eruditionem

DEO & bonis omnibus caro:

Monum. hoc chartaceum P.

MICHAEL KIRSTENIUS

Smollensis Ecclesiæ Minister,

& Presbyterii Olsnensis Senior.

SAMBERTUM queritur NORICA CIVITAS,
Cordatiq̄; Viri; quos animat DEUS,
In Terris Hominum flectere Pectora,
Non vanâ fide; sed Fide
Veri salvifici. Nec satis evehi
Laus, nisi Marium digna, potest VIRI.
Cor verè sapiens; Judicium sagax;
Suadæ Gratiâ multiplex;
Candor nil simulans; Cura pii Gregis;
Indefessa Manus scribere, quæ juvent

D

Res

Res Ecclesiolæ Christiadum, gravi
 Afflictas variè Malo;
 Decantanda Metris singula singulis.
 SAUBERTO geminos non parit omnium
 Ætas, lætifico sidere, Temporum,
 Et tantum perimit VIRUM,
 Lapsu luctifico flebilis horulæ,
 Natus visceribus calculus intimis!
 ô quos NORIS habet, calcule, calculis
 Infelicio omnibus!
 Tristis glariolæ congeries! Domum,
 Hospes quâ strueris, destruis hospitam.
 Hæc est causa queri. Funera nam Virum,
 Multis utilium Virum,
 Sunt lugenda Rei vulnera Publica.
 Sed DILHERRUS; Amor Pieridum, Decus
 Sionis; studio leniet hoc suo:
 Qui felix prius Optio
 SAUBERTI fuerat: Munia qui Viri
 Nunc successor obit. Cætera, quæ simul
 Influxit, spacio Mors gravis annuo,
 urbi NORIDOS inclutæ,
 Successu solidet dia Manus pari!
 Quotquot, fausta minus Sors, Mala cogere,
 Urbi inferre paret; flumine concito
 Pegnessus procul auferat!

Ità
 Amplissimæ Reipubl. submissè vover,
 dum piè in Eâ defuncti
 piissimi SAUBERTI piæ Memoriae,
 levi stylo, Animo non-levi favet
M. VALENT. KLEINVECHTERUS
 Gymnasii Vratislav. Magdalenæi
 Conrector.

Dum

Dum SAUBERTUS obit, Patriæ communis ocellus,
 Præco DEI, Aonidum splendor, & urbis honor,
 Indulgere gravi pergit Noriberga dolori,
 Tam charum queritur quisq; perisse caput.
 Quis nunc divina equali gravitate docebit
 Eloquia, & solidi pectoris acre sophos?
 Quis proprio exemplo, rigidoq; examine, nobis
 Qui vitam & mores corrigat, alter erit?
 Quis posthac dabit aut curabit Bibliothecas?
 Nam viva ille sibi Bibliotheca fuit.
 Sic Cives; Prudens sed Noricus ipse Senatus
 Intrepido affatu corda timore levat:
 DILHERRUS SAUBERTUS erit, cui mystica dona
 Artis & ingenii docta Minerva dedit.
 Cui sacra militia, & facundia, & entheavirtus,
 Et scripta, æternum jam peperere decus.
 Quem vigor ætatis, morum ac probitatis amussis
 Vera DEI atq; hominum puncta referre facit.
 Sic placuit. Qui SAUBERTO par esset & Urbi,
 DILHERRUM meriti gloria Amorq; legit.

MATTHIAS MACHNERUS

Reipubl. Vratisl. à Latin. expeditionib⁹ ac in
 Iudiciis Ecclesiastico & Orphanorum Notarius.

Imperii NORNBERGA decus, foecunda Virorum
 Magnorum nutrix flebile vulnus alit.
 Quid BRESLAM tangam, quid & OLSNAM? Phoebus APOL-
 PONS ALTUS, BÜHMUS, tristia corda fovent. (LES,
 Nam SAUBERTUS abit scenâ terrestria linquens;
 Nec movet eloquio culta theatra sacrò.
 An labor ATLANTEM tantum summovit ab Orbe?
 CALCULUS horrendus funera moesta parat.
 Nec fatis! Ad legem MARCUM LIBITINA vocavit
 Antiquam natum dicere grata DEO.

D 2

Hic

Hic fando **PROCERES**; hic votis Numina flexit;
 Civibus hic carus Doctor in Urbe fuit.
 Sed quid & his addam? **Damnum** **RESPUBLICA** sentit
 Dum cadit utilium larga caterva **VIRUM**.
 O jactura gravis **LEGUM**, **HERBARUM**q; peritos
 Exstinctos cryptæ credere more piò!
 Quid nos speremus? **SODOMA** dum **LOTHUS** abibat,
 Annon **VULCANUS** perdidit **URBIS** opes?
 Quid lucri captas **GERMANIA** morte **LUTHERI**?
 Nonnè tuus splendor **Militis** ense cadit?
 O cladem tantam mitissima Numina coeli
 Tollite! **PACIS** honos **NORICA** tecta beet!
 Suppleat **ALTORUM** defectus! **Vinea** fundat
JENENSIS Mystas divite lance novos.
 Hæc similes clari **SAUBERTI** nutrit **Alumnos**;
 Educat & **MARCOS** artibus eximios.
 Usibus hæc vestris **DILHERRUM** miserat, ampli
PRIMORES, qui nunc firma **COLUMNA** gregis;
 Ergò **VIRUM** dives cultorum mittere perget
 Artifices priscais dote, fideq; pares.
 Molliat hæc tandem luctum meditatio, curas
 Eximat adflctis gratia corde **DEI**.
 Nil profunt lamenta. **VIRORUM** funeris expers
 Doctorum **VIRTUS** undiq; viva viget.
 Sed Tu, **CHRISTE DEUS** solatia vivida moestis
 Cordibus instilla, vulnera quæq; liga.
 Sis **PATER** & **TUTOR** cunctis Hæredibus, omnes
 Exactò Angelicis tempore junge choris.
 Nam nihil in mundo durabile; mansio nulla;
 In coelò mortis desinit imperium.

*Monitus à flentibus cum vobis flentibus in summo. Amicor.
 casu & occasu hoc tenuiculum schediasmation. A. C. 1647.
 d. 17. Ianuarii adjugebam OLSNÆ*

M. JOH. FIEBINGI^r Habelschverd. Past. Exul j. t. reliquiar.
 Scholar. ob hanc flammam, Rector & Inspector.

Saubertum scriptis Clarum verbisq; potentem
 Mortis dira lues in sua jura vocat!
 Vah durum fatum! Tantumne extingvere lumen
 Morti concessum! Lumen erat radians
 Saubertus, radios totum spargebat in Orbem,
 Saubertusq; omni clarus in ore **VIRUM**.
 Clarus in ore **VIRUM** Saubertus postq; manebit,
 Quatenus hic **Mundus** posteritasq; manet.
 Nec solum in **Mundo** clarus, sed in **Æthere** multò
 Clarior, atq; velut **Splendida** stella micat.
 Nos sed adhuc quatimur variis hinc inde procellis,
 Nec quendam portum **Cymba** videt tremula!
 Ah Tu cunctipotens **Cymba** Director, adesto!
 Nautas usq; alios præfice **Navicula**!
 Quo **Maris** horrifonos fremitus hos vincere tandem
 Possimus, portu & commodiore frui.

MICHAEL PREUSS,

Reipubl. Vratisl. Advocatus Ordin.

Illa dies certè nigro damnanda lapillo
 Nobis, & lacrymis est jugulanda meris,
 Quæ meritis lævo Saubertum funere, charum
 Eusebiæ pariter Pierisinq; caput.
 Flebilis hic cunctis **Allmanicus** occidit **Hermes**;
 Nulli flebilior, quàm **Noriberga**, tibi.
 Hujus præcipuè te concurrit obba ruinæ,
 Vivus Saubertus cui decus omne fuit.
 Ergo obnupta caput ferali sindonis umbrâ
 Manes tam claros voce gemente cies.
 Jamq; silex **Niobe**a gravi stupefacta dolore
 Stares proliciens è **Sipylo** laerymas,
 Nî desiderium leniret triste **Dilberus**
 Defuncti ruptas jusus obire vices.

D 3

Pone

Pone nigras taxos & humatum parcius urge :
Hoc te *Saubertum* crede monere situm.
Scilicet emerito cui contigit optio suppar,
Continuat famam traduce laude suam.

Ex animi mente collugens profundebam

M. JOHANNES FECHNERUS.

Quot miseri, in cineres sua, flent, habitacula versa ;
Pars truce direptas milite deslet opes.
Multos, ut gemitus geminent, & ferrea sceptri
vis cogit. miseris parcere sueta nihil.
Fatò forte tuo nec Tu, Noriberga, cares. Te
Et charos cives quod premit, angit, agit.
Fles sed Saubertum penè unum. tersa salutis
tam dare qui scivit dogmata voce gravi.
Tanti namq; viri major jactura videtur,
quod dent tam paucos secula nostra pares.
Sacri ast non nescit plures effingere catus
Præses. satq; aptus, quem dabit, omnis erit.

M. JOH. HANNKE Vratislaviæ
ad D. Barb. Ecclesiastes.

Noricus occubuit præclarus Doctor Ianus
Saubertus Charitum pulchra corona chori.
Heu cecidit firmum Columnen, nunc plangite Musæ
Norimbergenses vestra Corona perit !
Cum Deus è medio meritos citò tollit amicos,
Sæpius ah sequitur maxima poena Suos.
Orandus DEUS est nobis ut parcat, egenum
Conservet populum protegat atq; suum.
Mittat & in cathedram doctos fidosq; ministros,
Qui plebem Domini jugiter erudiant.
Tu Sauberte DEI præco venerande quiesce,
Sint satis in Domino scripta laborq; tuus.

Multa

Multa tulit pius & reverendus honore Magister,
Vesicæ torfit singula membra dolor.
Nunc venit ad requiem patiens, nunc gaudia coeli
Nunc firmæ fidei læta trophæa gerit.
Vive solo : vivat terris populusq; Tuiq; :
Inq; tuo tumulo molliter ossa cubent.

Observ. & condol. debitæ ergò scrib.

BARTHOLOMÆUS HILSCHERUS
Ecclesiæ Berolstadt. Diaconus.

M. Joohannes Saubertus, Pastor & Antistes
Noorimbergensium ad Sebaâldii.

per Anagramma :

Jehova anno tres Atlantes dignos submovet ;
Mens pasta, iræ Dei. sis memor, bibes.
Judicium exercet justissimus ecce Jehova,
Incipit aq; domo judicium ecce, DEI.
En tres Atlantes prædignos submovet anno, (a)
O Mens pasta, iræ sis memor ipsa Dei.
Nempe bibes cyatho divini saucia Zeli,
ni resipiscentis candida signa geras.
O converte Gregem, quem sanguine Christe redemptum
Scis proprio, magni pœniteatq; mali !

(a) sc. Dn. M. Joh. Saubertum, ad d. Sebaldi. } Pastores & An-
Dn. M. Cornelium Marci, ad d. Laurent. } tistites Nori-
Dn. M. Christoph. VVelhammer, ad Spir. S. } bergæ ;
Singulos Anno Christi 1646 ;

illumz. Nov. istum 27. Julii, hunc 23. Jan. Styli veteris.
Ita inclutæ Norimbergensium Reipubl. vovère ;
Ita funera

Trigæ Præclarissimorum Theologorum,
Antistitum Norimbergensium,

postliminiò cobonestare voluit & debuit

M. CASP. Newhold / Diacon. Bernstadt.

Obruta.

Obruta Marte suo festam Germania Pacem,
 dum poscit telis, sumtibus atq; prece:
 Tutam Saubertus venerandi præco Jehovæ
 Invenit Pacem, gaudia mille polo.
 O felix Fatum! Nos Pacis imagine falsâ
 decipimur, creperâ spe trahimur miseri.
 Olim quæ rexit teretem discordia Mundum,
 Imperii faeces transtulit, haut aliò:
 Infert sed bellis bellum virtutibus acre,
 & cum delictis foedera foeda facit.
 Ast hæc sunt belli, solidæ non pabula Pacis,
 Pacem exploratam non humus atra capit.

Honoris & Observantiæ ergò modulabatur

SAMUEL HEINNITZ

Sac. Cæsar. Majest. Redituum per
 Ducatum Olsnensem Præcurator.

Sonnet

Ein Tod so bitter ist! als der des Steines Schmerzen
 Den Sterblichen legt an! Kein Schwert so scharff kan sein!
 Kein Scorpion so sticht als dieser Blasenstein!
 Er naget als ein Wurm vnd reuhmet zu dem Herzen!
 Bis er geleschet hat des Lebens beyde Kerzen.
 Was hat Herr Saubert Euch gelindert euer Pein?
 Der Eckstein vnser heil! der giebet Krafft allein
 Vnd wendet Euren Schmerz in fröligkeit vnd scherzen
 Durch glaubige gedult. Was habt Ihr nun davon?
 Der Märtrer grossen preis! die vnrörweckte Cron.
 Vielmehr als wenn Eu h hett' ein breites Hencker Schwert!
 Der wilden Thiere zahn' vnd feuersglut verzehrt.
 Ihr seit durch Christus Gnad' ein rechter Mär't' rer worden.
 Idem qui supra.

Qvæ, clara NORIBERGA, damna feceris
 Chori Foriq; & hæc morâ vix annuâ,

Narrare

Narrare differo: sic instar omnium
 SAUBERTUS ille: Fundus Hic scientiæ
 Cælestis, & Thesaurus uber abditæ
 Raræq; Doctrinæ: deinde vividum
 Pietatis Exemplar, simulq; proprium
 Humanitatis omnis Hospitium fuit.
 Ut multa paucis: extitit plenum penu
 Cujuslibet virtutis. hæc si singula
 Fecere magnos, universa maximum.
 Hinc anxie desideras, urbs Norica,
 Myrtam parem, parivè saltem proximum.

CHRISTOPHORUS FREITAGIUS

P. L. E.

Puritas, ductu cognominis, Vitæ
 & Fidei SAUBERTIANÆ.

Spargesinum lachrymæ, gemebunda urbs magna Neronis,
 Nubibus excelso vertice mixta poli.
 Imperii Diadema micans sacri; aurea Nympha
 Norica; Teutonici fama stupenda soli.
 Sparge impleq; sinum lachrymis; pullum arripe syrma;
 Ingeminet planctus moestus ubiq; tuus.
 Patris fata tui, Doctoris fata fidelis,
 Ductoris desle fata suprema tui.
 Amramiden sic Abramidæ flevère frequentes
 Et Samuelèam corde gemente necem.
 Nam patrio monitù te more instruxerat ille
 Blanda probis fundens, verba severa malis.
 Eternæ Doctor stillarat jussa salutis
 Ingenio magnus; splendidus eloquio.
 Prævis exempli ac sacri lampade verbi
 Duxerat ad JESUM, qui tua vita, tuum.
 Puro non fuerat vanum, haud cognomen inane;
 Quod solidum rerum nobilitarat opus.
 Præsul erat purus; quia Rex purissimus illi;
 Hinc doctrina fuit vitæq; pura viro.

E

PRIMS

Purus amor; purus candor; purissima facta;
Pectus erat purum, linguaque, pura fides.
Iam puro ingreditur caelo puroque, capessit
Angelico mixtus gaudia pura choro.
Tu puri exemplum purum post fata relictum
URBS pia, ceu patris gnata, imitare tuas.
Ac ne fama viri longis intercidat annis
Illius in templis extet imago tuis.
Parrhasia stet picta manu; dein sera sepulchro
Tristi haec posteritas grammata sculpta legat:
Formosae pulchrum decus urbis & enthea summi
Lingua DEI sacra firma columna domus;
Occupat hoc posito SAUBERTUS corpore bustum;
Urbem habitat, pulsus spiritus orbe, poli.

MELCHIOR SMOLIUS de Castro Crucis,
Minister Verbi Sacrosancti Redzevvicianus.

Urbis praecleara Sacri praestantior Imperii pars
In fontem quam Te tristia fata manent?
Mars cum Morte simul ferme iurasse videntur
Proh in perniciem Norica terra tuam.
Non satis insignes tot bello Heroas ademptos
Plangere, quos aetas vix numerare potest;
E medio plures sublato morte dolere
Cogeris, eximios (heu) pietate viros?
Curia Justitiae fulcris, Tua & Ara columnis
Destitui firmis se viduata dolet.
Tot tantisque; viris spoliata resolvitur omnis
In planctum merito plebs puerum atque senum.
Sacrorum Antistes purus Saubertus obivit,
Quem par praecessit nobile Theologum.
Si sua conveniunt saepe indita nomina rebus,
Nominis exacte convenit hocce Viro.
Qua vitam qua doctrinam vix purius alter
Inspector Sacris invigilare potest.
Purus erat vita, doctrinam purus ut ipsam,
Strenuus ille tuus dux gregis atque vigil,
Observans vere virtutum cultor, ut ore
Sic calamo assertor Religionis erat.

Admira-

Admirata Viri Zelum stupuit metuitque;
Saepe Hæreticum conscia prava cohors.
Ejus & ingenium Docti satis acre probarunt
Pollens iudicii dexteritate pari.
Sensit & est experta tuum Vir mentis acumen
Pars adversa docens dogmata falsa gregem.
Vidit & agnovit Candorem Ecclesia testis,
Et placidos mores est imitata Ducis.
Quam mansuetus erat Doctore suo usus JESU.
Ex animo quam humilis quam moderatus erat.
Quam facilis visu, quam dictu affabilis omni,
Quam bonus & cunctis officiosus erat.
Prompior ille tuus mihi non indictus abibit
Erga inopes animus larga manusque tua.
Esuriit nunquam Te praeside alumnus egenus,
A facieque tua lætus abivit inops.
A Te discescit plenus solamine tristis,
Abjecit per Te corde gravatus onus.
Hospitioque carens Te promotore subibat
Avena non raro tecta parata miser.
Testis erit vagus Exul, opem qui saepe a Te
Collatam grato praedicat ore memor.
Consuluit tua sic animarum cura saluti
Ut nolles minimam de grege perditam ovem.
Te custode in oves rabies non ausa luporum
Sævire, imbellem nec lacerare gregem.
Non latro nec fur Te vigile agmen adortus inerme,
Securè poterant pabula carpere oves.
Nauclero salvo navis quoque salva, ruente
Sed Rectore suo praecipitata ruit.
Amisissis nautis discrimina multa timenda
Navi, ne fiat naufraga præda maris.
Hinc scopuli, aut illinc immania monstra cavenda,
Mox pirata rapax submetuendus erit.
Arte gubernantum Respublica navis ad instar
Numinis ad nutum tuta reducta fuit.
Quot mala praecavit moderantum cura paterna?
Quot mala sunt visæ saepe fugare preces.

E 2

Tempe-

Tempestas gravis, Urbs, si fors Te presit, obortam
 Sedârunt cautè consilia atq; preces.
 Quàm gemis & quereris tantorum passa viroꝝ
 Jacturam tantam, quàm tremis atq; paves.
 Hæresium venti, Belli diræq; procellæ
 Quid non adversi quælo minantur adhuc?
 Unda malorum undam premit, urget abysfus abys.
 Æstuat & bellis orbis ubiq; ferus. (Cum,
 Omnes quippe suas Leviathan evomit iras
 Armorum tonitru & fulgura tetra ciens.
 Ni DEUS horrendum compeferet Ipse furorem,
 Submersam vellent funditus hancce ratem:
 Fluctibus è mediis belli Servator Jova
 Hanc tamen ereptam protegit atq; regit,
 Hanc Idem vult servatam finem Orbis ad usq;
 Ne superare dolis infera regna queant.
 Navarchus JESUS clementius imperet altis
 Fluctibus & ventis, ne sine fine furant!
 Dignetur tandem motos componere fluctus!
 Exhaustos bello divite pace beet.
 Det finem optatum passis graviora malorum!
 Det fessis placidâ posse quiete frui!
 Confractas tabulas reparet templiq; foriq;
 Præficiatq; pares integritate Viros!
 Lætificus Phœbus post nubila tempora belli
 Orbi illucescat pacificante DEO.

CHRISTOPHORUS TITIVS Bernstadiensis,
 Pastor in Paschkervvitz: Scholæ quæ est
 Norimbergæ Ægydianæ quondam Alumna.

Noricaberga Tui quid fles ad flebile bustum
 SAVBERTI, ob tanti fata dolesq; viri?
 Aut quid pomposis juvat illum onerare querelis?
 Quem certum est vitâ jam meliore frui.
 Sat Tibi servivit: tantis ψυχῶν χρησιμα εἶπε:
 Iam capit in summo grata brabæa polo.

* * *

Dio

Dic mihi, quid tristi SAVBERTVM funere mersit?
 Qui lumen claræ Noridos Urbis erat.
 Pondere non suto, vesicæ calculus istum
 Extinxit nobis, Orbe dolente, Virum.
 Lumen erat terris: nunc inter sidera lucet.
 Indigna an tanto lumine terra fuit?

* * *

SAVBERTI cineres sacrâ hac conduntur in Urnâ:
 Charius haut quicquam Noridos Urbis habuit.
 Addite Pierides tumulo violasq; rosasq;
 Musæi flores sparge caterva chori.
 SAVBERTVS dixit violis magè grata rosisq;
 ô cubet in violis, dormiat inq; rosis.

* * *

Noridos Urbis, centrum Europæ, & Germanidos umbo:
 Dives honoratis magnificisq; Viris.
 Hei mihi! quàm subito clarissima lumina, morte
 Quæ extincta & terrâ condita, tota dolet.
 SAVBERTVM imprimis; qui, dum pia fata sinebant,
 Splendida Mystarum fax fuit atq; jubar.
 Nunc jacet extinctus, placidè Mors lumina clausit:
 Cui facile haut poterit quis numerare parem.
 Hei mihi! dum pereunt clarissima lumina mundi.
 Quam metuo tristes, & sine luce dies,
 ô sol justitiæ! mundi quia vespera venit,
 Descende, aeterno lumine nosq; bea!

In publico luctu lugens fac.

CASPAR STEINBERGERUS Illust. Scholæ
 Bernstadiensis Rector.

Στεροφ. α.

Εἰ τις ἀνδρῶν στυχῆσαι,
 Ἡ σὺν ἀδόξοις σοφισταῖς,
 Ἡ βροτοῖς θεοῖς, γλυκερῶν
 Φάθῳ, ἔλληψ' αἰλῖς,
 Ἄξιός ἐσ' ἐλέγοις θνητῶν μεμίχθαι.
 Χερσὲ, κλυτοῦ δόσας ἔ' αἰμῖν' ἐπονται

Εἰ σέθεν. Ζῶει ὁ μέσων
 Δόξα βίοιο λυθέντῳ: ἀπίε
 Ἐμβόισιν ἔχ' ὁμῶς πάν-
 τα χερῶν θάλλοισ' ὁμιλεῖ.

ἀντίστεροφ. α.

Εὐκλέων δ' ἔργων ἀποινα.
 Εἰ ἀεὶ ὑμᾶσαι χρῆ' ἐσλόν,

E 3

ἔσθεν

Ἐνθεον Χρῆ ἀνδρα νέκυν
Ὀλοφρυμοῖς πενθέω.
ἦν διδύμη δέ γε ΣΑΥΒΕΡΤΩΙ ἐπαίνε
μοῖε, πρὸς αἰδέσιμον τρέφαι το θαῦ
ἦτορ, ἐν βάσσαις λυκείαις
Δεξαιώω σέφανον, ἰὰ ἧ σε-
μνᾶ νόμοιο ἐν Φερεζῶ-
ε νάπα κάρυξε πάτραν

Ἐπωδ. α.

Τᾶ Ὀλογία κρατέων.
Αὐτῶ διδάχάν

δ' εἰ βιοτᾶ κατέλεγε.
Ἴσε, Νωρικοί, ὄχα
θ' ἀλωκότ' κλειτόν κλέθ
θρηνεῖτ'. Ἀτὰρ αὖ κρῆτ' ἀν δᾶ-
ναὶ ΔΙΑΠΡΟΣ λαμπρὸς οἶός
(μα τ' ἔστιν, ὡς αἰωφόρ' ἔσθ.
ἔυτω γε κυλινδοῦρα
Ἀμέρα κᾶν ἄλλοι' ἄλ-
λάτη, ἀβάπιστός γ' ὅμως λέμβ' ἔσθ.
ἔσθ.

Vatem sic in Melisso, Cive suo, cohonestando Diræum æmulatus, sed
Apis Matinæ more modoq;

Ἰππὶ συμπαθεία σιν.

JOHANNES GEBHARDUS
Coll. Gymn. Elis. Vrat.

Pectore jam tristes gemitus expromere fas est
SAUBERTI propter funera Theologi.
Vivus qui veræ curam Pietatis habebat,
Et custos puræ Relligionis erat.
Qui sibi commissum multos Antistes in annos
Cordatè summi rexit ovile DEI,
Egit & excubias, ne perfida turba luporum
Inferrent fido tristia damna gregi.
Pectore cur tristes gemitus non promere fas sit,
Tantuscum jaceat Relligionis Apex?
Sed bene SAUBERTUM; qui plurima gaudia cœli
Sentit, & Angelico gestit inesse choro.
Jamq; suos Christo gaudet placuisse labores,
Audit & in celso multa reposita polo.
Jam cur non aliter roseo quàm sanguine Christi
Possint placari crimina nostra, videt.
Adspicit & præsens quàm miro sædere Christus
Sit DEUS, ac idem crimine purus homo.

Atq;

Atq; DEUM coram trinum jam cernit & unum,
Illius & dulci colloquio fruitur.

Summæ tam Condol. quàm Observ. E. adp.

GEORGIUS Krieschke

Gymnasil Elisabetani, quod est Vratulaviæ,
Collega.

Extant invidia Præclara obnoxia fati:
Saubertus raptus me dare vera probat.
Saubertus (Docti, vestros submitte fasces)
Musarum præstes qui fuit, ille fuit.
Effertur: Pietas est præfica, funera suada,
Pierides veniunt funeris exequias.
Doctarum felix animarum Noris alumna
Apparat extincti Manibus inferias.
Exigimur lacrymas & nos, testamen amoris,
Quis tumulum insignem Semonis esse decet.
Obsequium jussis nullus debere negarim,
Sed pauperinum causor ego ingenium.
Sauberti laudum stadium decurrere verum est,
Ad quos respexit Phœbus Apollo viros.
Talis, quem natum dignata patrima virago
Tollere, Dilherrus, dextera, Phœbe, tua.
Harsdörffer talis, patriæ tutela loquela,
Vatesq; ad doctum, Iuppiter, Opitium.
De me; compositi tumulum istoc carmine signo.
Quod cupiam abs avi dentibus eximium:
DELITIÆ PATRVM, POPVLIA DOR, & VRBIS OCELLVS
NORIDOS, HAC VRNA CONTVMVLATA IACENT.
DANIEL SARTORIUS.

JOANNES SAUBERTUS

anagr.

SONANS, JURE BEATUS.

Dum, Sauberte, solo tibi vita manebat; JÖVÆ
Dogmata dia SONANS, IVRE BEATVS eras.
Dum, Sauberte, polo tibi vita manebit; JÖVÆ
Nomina sancta SONANS, IVRE BEATVS eris.

JOHANNES DANIEL MAJOR Vratisl. Siles.

✽✽✽

*Explenda, quæ aliogvin vacua erat mensura, pagina,
sequentia,
quibus & meditandis & scribendis,
sub ipsâ ARÆ HVIVS ERECTIONE,
B. SAUBERTI obitus ansam præbuerat,
quippe à præsentî argumento non aliena,
libuit subijcere.*

Magnifico Dno. MATTH. APELLI de Söwenstern:

in Langenhof. Consil. Cæs. & Monstereb. S.

a **E**ste secuturum te NORICA FUNERA dicis:
obiit 1639. Tantus nunc corpus debile langvor habet;
23. April. Aure quidem hoc capiens, capio intus corde dolorem,
b Et pro viriculis robora magna precor.
ob. 1629. SAUBERTUM, esto tamen, PRÆCLARE sequaris APELLES;
17. Mart. Haut verò citius quàm ROSA & MUNDRICHUM. &
*Optima quæq; & optans
& sperans facieb.*

M. ELIAS MAIOR, 25. Martii 1647.

*S*iquid vota valent sincero corde profecta,
Cur tua quis, MAIOR, vota valere neges?
*At aliter visum fuerit si forsân Fovæ,
Funera SAUBERTI mente lubente sequar.
etenim.*

*Pertæsus vitæ, post tot tantosq; dolores,
Disfolvi, & tecum vivere, Christe, volo.
Ich bin nun lebens sat; Nach viel vnd schwerer Pein
Begehr' ich auffgelöst/ vnd/ Hæxx/bey dir zu sein.*

*Ita graviter quidem decumbens,
haut gravatè tamen, è vestigio respondebat
is, cujus acrostichû Symbolica aliàs*

Moribus Antiquis;

hæc verò pro renatâ,

Mors Amara, Dulce Lucrum;

Imperemus Lacrumis,